



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 94. Judicium Facultatis de voto cælibatus Sacerdotalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.    *Hæc propositio ita generaliter asserta,  
A. C. 1526. scandalosa est, & ad doctrinam Lutheri ac-  
cedit.*

*III. Qui orare volunt, prius Deum,  
quam Sandos adeant.*

Pronunciant Doctores, quod *hæc propositio in quantum per eam prætenditur non esse Sandos orandos & invocandos, nisi prius tempore oretur, & invocetur Deus, & quod alioquin male fieret, scandalum in populo pariat, & ex erronea Wiclefi doctrina desumpta sit.*

*IV. Non legi in sacris literis, quod Sanctus pro alio oret, nisi in quantum id in libro 2. Machabæorum de Onia & Jeremias dicitur.*

Facultatis Censura hæc est: *Declara-  
tio hujus ignorantiae coram populo a Doctore  
Theologo facta, est perniciosa & conformi-  
ter ad errorem Valdensium impie fidem po-  
puli infirmat circa venerationem & cultum  
Sandorum; Assertor autem harum propo-  
sitionum ad revocationem compellendus est,  
atque adstringendus, ut publice prædicet,  
Sandos esse venerandos.*

### §. XCIV.

#### *Judicium Facultatis de voto Cæliba- tus Sacerdotalis.*

**S**ub idem tempus Episcopus Chrisopo-  
litanus, generalis Vicarius Valenti-

ni

ni Episcopi in Delphinatu hanc quæstio- Sæcul. XVI.  
nem Parisiensi Facultati decidendam A.C. 1526.  
proposuit: *An fornicatio Sacerdotis sit ca-*  
*sus reservatus Episcopo, eoquod eidem vio-*  
*latio votorum, & sacrilegia reserventur.* fin. p. 5.

Argent. t. I.  
in appen. ad  
Hac super re Doctores die prima Apri-  
lis eodem anno suam edixerunt senten-  
tiam, declarantes: *Fornicationem Pres-  
byterorum casum esse reservatum, eoquod  
votum continentiae Jacris Ordinibus annexum  
effet.*

Præterea *Procurator Regis*, inquit Argentreus, apud Curiam Parisensis Se-  
natus querelas detulit adversus quosdam Bac-  
calaureos, & Licentiatos, qui in suis The-  
sis ac publicis disputationibus multas quæ-  
siones inutiles de potestate Papæ & Regum,  
deque Reipublicæ negotiis temere in Scholis  
agitabant. Idem quoque interrogabant, an  
fæminæ liceat regimen populi suscipere, an  
Papa mulieri facultatem Ecclesiæ beneficia  
dispensandi communicare possit &c. Quo-  
circa Parisiensis Senatus Cancellario Uni-  
versitatis Studii Parisiensis, & Magistris  
sacræ Facultatis diem dixit, ut de querelis  
Procuratoris certiores fierent, & imposle-  
rum caverent, ne hujusmodi abusus in Scho-  
lis Parisiensibus contingat. Hæc sententia  
Parisensis Curiae effectui data, tabulisque in-  
serta est, ut inde libertates Gallicanæ Eccle-  
sia probarentur.